

Wurtzenensi a valido Balczar Lusck in Kynitzsch residente pro XII<sup>c</sup> et LX flor. ren. Item comparavi villam Ostrow a Rudulffo de Binow pro VII<sup>c</sup> et XVI flor. ren. et XXVIII gr. Item comparavi XXXVIII flor. ren. census annuos ad reemptionem super bonis strenui Heinrichsz Truckszesz militis in villis Lobeschitz vund Ochszenchal pro VIII<sup>c</sup> flor. ren. Item comparavi XVIII flor. ren. annuos census ad reemptionem super bonis validi Christoferi de Maltitz pro III<sup>c</sup> flor. Item comparavi XXV flor. ren. annuos census ad reemptionem super bonis strenui militis Nicolai de Schonberg et suorum heredum pro III<sup>c</sup> et XXXIII sexagenis gr. gladiator. et XX gr. eiusdem monetae. Item comparavi a valido Hugoldo de Slynitz ducum Saxoniae marschalko LX flor. ren. annui census ad reemptionem pro octingentis sexagenis gr. gladiat. Protestor insuper, quod omnia debita et qui mihi obligantur in debitis fideliter conscripta sunt et conscribere feci per dominum . . . . ., et super huiusmodi debita conscripta nemo mihi obligatur, verum reperiuntur in parato.

Venerabiles patres, fratres et amici in caritate Christi sincerissimi. Quia reverendus — Caspar episcopus Misznensis divae memoriae praedecessor et frater noster carissimus maximis expensis summum altare in cappella castri Stolppen propter tenuitatem facultatum mensae episcopalis incorporari fecit mensae episcopali, . . . . obnixius atque in visceribus Jhesu Christi supplico vos omnes, ut cooperare velitis ad hoc, ut id altare in sua ordinatione iuxta foundationem primaevam in nullo defraudetur et per successorem ut . . . . . onera eiusdem altaris disponantur. Cum autem venerabile capitulum meae ecclesiae Misznensis in visceribus Jhesu Christi firmiter me dilexerit, in cuius signum verae dilectionis consensum plenum et expressum dederunt, ut de bonis ecclesiae pro salute animae meae pro octuaginta sexagenis gr. magnorum gr. mediae monetae annuos comparare possem IIII sexagenas eiusdem monetae per vicarium vicariae sancti Michaelis in ecclesia Misznensi sublevandas et per eundem vicarium cum scitu tamen eiusdem venerabilis capituli distribuendas eo modo quo sequitur: Unam sexagenam de his quatuor idem vicarius pro se et sua vicaria quae [in censi]bus et proventibus tenuis est annue habebit . . . . tres sexagen. annue iuxta ordinationem . . . capituli pro animae meae salute annue . . . . in eadem ecclesia Misznensi dari et tribui . . . . .

Nach einer gleichzeitigen Copie im K. Haupt-Staatsarchiv.

No. 1186. 1475. 22. Mai.

Anno domini 2c. LXX quinto am montag nach Trinitatis haben meyne g. hern vorgunst Hanßen Langin zcu Gorwitz gesessen (*Korbitz, Par. St. Afra*), das er VI ß XLVIII gr. tzinß dem capittel zcu Missen vff eynen rechten widderkauff vorkaufft hat vnd die vor IIII<sup>c</sup> vnd VIII R. gulden gebin, vnd sal die in drien iarn widder zcu im loßen. Actum in Dreßden anno die quo s.

Copiale 59 fol. 556<sup>b</sup> im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.